

dibus nostris; ut illic feramur appetitu desiderii: quo cum pervenierimus, requiescamus, id est, nihil amplius requiramus. Sicut enim recte Deus dicitur facere, quidquid, ipso in nobis operante fecerimus; ita recte Deus dicitur requiescere, cum ejus munere requiescimus. Requiescit, id est, rationem creaturam in se requiem dedit: ut illuc scilicet toto desiderio feramur, quo requiescamus. Hugo Card. hic.

En Salmone Salomoni. Cant. 3. 7. Incipientes dicuntur *lethalius*, quia in eis quiescit Christus: non tamen sunt *severum*; quia non ferunt Christum ad alios; generando ipsum in cordibus aliorum. S. Thom. Aqu. hic. Lect. 2.

Ecce sedes. Apoc. 4. 2. Per hanc sedem Christi in sanctis requies designatur: siquidem in illis, veluti throno quodam, insidet. S. Andreas. Casar. l. 4. hic.

Requies Dei recte intelligentibus ea est, quae nullius indiget bono. S. August. in Gen. ad lit. l. 4. c. 16.

Gratias Domino Deo nostro, qui hujusmodi opus fecit, in quo requiesceret. Fecit caelum; non lego, quod requieverit, fecit terram; non lego, quod requieverit: fecit solem, lunam, & stellae; nec ibi lego, quod requieverit. Sed lego, quod fecerit hominem: & tunc requievit, habens, cui peccata dimitteret, aut forte tunc jam futura Dominica Passio- nis praesertit mysterium, quo revelatum est, quia Christus requievit in homine, qui requiem sibi praedestinabat in corpore pro hominis redemptione. S. Ambros. hex. l. 3. c. 10.

Summa dignitatis est homo. Vide, quantum sit caelum, terra, sol, & luna: nec tamen placuit in iis Domino, nisi in solo homine requiescere. S. Macarius hom. 15.

Homo fit Sabbatum Dei, & Deus Sabbatum hominis: cum & ipse in Deo, & Deus requiescit in eo. B. Petrus Dam. l. 3. ep. 5.

In nulla alia sic divinum illud Numen quiescit, ut in Sanctis. S. Gregor. Naz. or. 6. de Spiritu S.

§. II.

Quies hominis.

Columba Noe, extra arcam, nullum locum ad quiescendum commodum reperiebat. Gen. 8. 9. Nullam requiem invenies, dum columba in ea, extra manus veri Noe. Jesu Christi. Quamobrem ad ipsum, in quo consistit omnis requies, revertaris. Jonas Christum deserebat cap. 1. 3. & separatus ab eo nihil, praeter miseriam experiebat. At vero, cum respiceret, requiem affectus est. Stella de am. Dei Med. 21.

Grex perhibens saltem est populus meus: pastores eorum seduxerunt eos, feceruntque vagari in omnibus: de monte in collem transferunt, cubili suis cubilibus sui. Jer. 50. 6. Cubile, in quo anima nostra securè dormit, & quiescit, est Deus. Coeca autem mens hominum, securitatis, & quietis, cubili derelictis: per montes errabunda vagatur, varia hujus mundi bona consectans; in quibus quietem se, & felicitatem adepturam putat. Diez Amor hom. erga Deum.

Fecisti nos ad te; & inquietum est cor nostrum, donec requiescat in te. S. Aug. l. 1. Conf. c. 1.

Quies est apud te valde, & vita imperturbabilis. Qui intrat in te, intrat in gaudium Domini sui: & non timebit, & habebit se optime in optimo. Defluxi abs te ego, & erravi. Deus meus! nimis de via a stabilitate tua, in adolescentia; & factus sum mihi regio egestatis. Id. ibid. lib. 2. cap. 10.

Mens in Deo, non in patinis, dum editur existas. S. Basil. f. quod corpus instrum. an.

Allois Abbatis monitum: non habebit homo requiem, nisi dixerit in corde suo: ego, & Deus, soli sumus in Mundo.

R

TITULUS I.

RATIO.

§. I.

Figurae, & Symbola.

Ex Veteri.

Per Adam rationem, per Evam intellige affectionem, sive sensualem. Ad rationem cognitio, ad affectionem pertinet dilectio. Prius Adam formatus est, quam Eva: quia praecedit veri cognitio; sequitur justis dilectio. S. Bonav. in Pl. 121.

Luceo vultus sui. Pl. 4. 7. *posuit oculum ipsorum super corda illorum.* Vultus Dei dicitur ratio: quia, sicut per vultum homo hominis assimilatur, & homo cognoscit hominem: ita per rationem similes sumus Deo, & Deum cognoscimus. Vel:

vultus Dei dicitur ratio; & lumen hujus vultus est gratia; Quia, sicut moneta est informis, donec imago regis ei imprimatur: ita ratio nostra deformis est, donec per gratiam Dei illustretur. Ratio enim est imago creatoris; sed gratia Dei est imago recreationis. Hugo Card. hic.

Complata est iniquitas tua Sion. Thren. 4. 22. Per Sion, quae interpretatur specula, vel speculatio, recte notatur ratio: quae, dum ad consensum inclinatur, iniquitas consummatur. Sanct. Bonav. Psalm. 118.

Ex Novo.

Lucerna corporis tui est oculus tuus. Matth. 6. 22. Dominus ad interiorum oculum transfert sensum; & intendit, per internum oculum, naturalem rationem scientia praedita. Haec enim pars animi est velut lucerna in homine. Integram hujus mentis rectitudinem, ac scientiam, appellat simplicitatem dicendo; *si fuerit simplex*: ut intelligamus, omnem abusum, omnemque malitiam spectare ad admixtionem alicujus contrarii. Nam tam naturale lumen, quam adjunctum quo virtutes intellectuales, sua simplicitate tendunt ad bonum. Et, si conformiter ad eorum simplicitatem uteremur eis, non nisi recte uteremur illis, non nisi lumen essent. Cajetan. in Luc. 11. 34.

Lucerna ardens. Luc. 12. 35. Theophylactus: addit vobis lux rationis; & discretionis; ut dignoscatis, quid; & quomodo agendum sit.

Da mihi portionem substantiae. Luc. 15. 12. Quae est ista portio? quae est habitus, ratio &c. quae hominem praeter ceteris animantibus in terrena habitatione contingunt. Sanct. Chrysol. l. 5. Rationalis, ad quam subsequitur liberum arbitrium, substantia est hominis. Dar nobis Dominus rationem; ut ea liberè, tanquam nostra substantia utamur. Theophylactus hic.

Lux in tenebris lucet. Joan. 1. 9. Scilicet discretio rationis lucet in tenebris; id est, in conscientia illorum, qui male agentes tenebrae facti sunt. S. Rupertus hic.

Voca virum tuum. Joan. 4. 16. Quare, dum mulier petit aquam, praecipitur ei vocare virum suum? Sanct. Aug. tr. 25, in Joan. ad sensum moralem recurrit; quem sequitur Euseb. Emis. hom. de Samarit. Beda, Albertus M. S. Thom. Bonavent. per virum intelligunt intellectum, per quem dirigi debet; ut intelligas, quae dico spiritualiter, & non sentias carnaliter. Sylveira hic.

Erat quidam regulus. Joan. 4. 46. In sensu morali. Simon Cass. l. 5. cap. 18. ait: quod regulus intellectus est rationalis; qui regere debet anorem, tanquam filium imperium, & ab eo removeat noxia; & procurare utilia. Sensualitas foemine comparatur, ratio vero viro, per quam sensualitas regi debet. S. Thom. Aqu. in 1. Cor. 11.

§. II.

Ufus bonus sequela rationis.

Nec adipem, nec sanguinem, omnino comedatis. Lev. 3. 17. Omnis ratio, & intellectus animi, quem sanguis significat, sunt Deo conferenda: anima enim in Sanguine est. Quia in ratione, & intellectu, vita animae consistit; sicut vita corporis in sanguine. Hugo Card. hic.

Ecce magi. Matth. 2. 1. Quare magi non appellantur reges? quia testimonium de Christo Domino à Sapientibus, in quibus ratio praevalet, illustris erat, quam à regibus; in quibus voluntas ostentatur, & potentia. Er gloriosus erat, quod Christo subigeretur ratio, quae in sapientibus praedominatur, quam quòd potentia, quae in regibus eminet. Sylveira hic. quæst. 2.

Qui autem unum (talentum) accepit. Matth. 25. 18. Commisum est homini rationis talentum: quod si bene expendit, ipse remunerabitur; si autem in terram deloderit, auferetur ab eo, & ipse punietur. Rupertus c. 21. in Gen.

Erat autem homo ex Pharisaeis. Joan. 3. 1. Cur Nicodemus vocatur homo? Rupertus l. 3. in Joan. hic homo, non tam pro natura, quam pro ratione, dici estimandus est: siquidem & illi, quibus Jesus non credebatur semetipsum, omnes quidem natura homines erant; sed quia non rationabiliter querebant ea, quae nesciebant, quodammodo homines non erant.

Esse imitator Dei. Quomodo imitator? numquid potes facere terram, aut mare? non utique: sed ut omnia per verbum facias, nihil sine verbo: omnia cum ratione, nihil sine ratione. S. Ambros. l. 22.

Philosophiam definiunt studium rectae rationis. Non est amplius particeps rationis, qui peccat praeter rationem. Clem. Alex. l. 1. pag. c. 13.

Quòd autem primum tempus humanae sapientiae, quando egredimur pueritiam, & ad rationalem venimus etatem, mane in scripturis intelligatur, multa testimonio docere nos poterunt,

terunt, de quibus exempli causa ponenda sunt pauca. Jer. 7. 13. Mane mittebam Prophetas. Mane affistam tibi, & videbo. Psal. 29. 5.

Omnis homo, cum sit dotata prerogativa rationis, debet uti ipsa, ad discernendum inter bonum, & malum; inter bona praesentia, & futura; inter mala praesentia, & futura; inter bona corporis, & animae; inter Creatorum, & creaturam: ut, quod melius est, eligat. B. Humbertus p. 1. l. 1. ad omnes homines.

Illud homo dicitur operari, quòd ratio operatur: quia homo est id, quòd est secundum rationem. S. Thom. Aqu. in c. 7. Rom. Lect. 3.

Ratio debet regere cogitationes, sicut domina regit ancillas, & famuliam. Nam videmus, sicut dicit. S. Gregorius, quòd absente domina familia deordinatur: quin ancillarum linguae pestrepunt, deputata officia negligunt. At ubi repente domina venerit, mox silent; & laborem repetunt. Gemiani lib. 9. cap. 65.

§. III.

Ratione non utentes, vel abutentes.

Egressi sunt omnes cum virgini suis. Jos. 11. 4. Jabin, qui, teste Origene hom. 14. in Jos. interpretatur *causus*, vicinos reges ad pugnam contra Israel excitat. Exacte obediunt concupiscentiis, & sensibus; & rationem negligunt. In delectationibus sensualibus nullus excusationes praetendit, nullus differt: verum si ratio virtutem consentanea, honestati debita salutem imperet proficua; aut non audimus, aut moroso exequimur. Naxera hic §. 3.

Melius est, prospicere oculis, quam ambulare iuxta voluntatem animi sui. Eccl. 6. 9. Est animalis homo, qui traditus appetitui sensitivo semitas rationis egreditur. Olympiodorus hic.

Proprie barbari dicuntur, qui ratione non utuntur. Sanct. Thom. Aqu. in 1. Rom. Lect. 5.

TITULUS II.

RECOLECTIO SPIRITUS.

§. I.

Symbola.

Benedixit diei septimo, & sanctificavit illum. Gen. 2. 3. S. Chrysof. hom. 10. quid est, & sanctificavit illum: ab aliis illum segregavit. Statimque adject causam istius sanctificationis: id quod in illo requireretur ab omnibus operibus suis. Jam hic ab incilio doctrinam hanc nobis insinuat Deus, etudens, in circulo hebdomadis diem unum integrum segregandum, & reponendum in spiritualem recolectionem. Fernandus hic.

At illa venit ad eum ad vesperam. Gen. 8. 11. Mira columbae comitas; quae jam secundò dimissa, non integrum extra arcam transiit diem; sed alacri volatu ad Dominum, & Curatorem suum revertitur. Viros justos non remanet diutius secularium rerum occupatio; quin expeditus ad Dominum sui arcam, secretum scilicet contemplationis studium revertantur. Id. hic.

Maneat unusquisque apud semetipsum; nullus egredietur de loco suo septimo. Ex. 16. 29. Abul. q. 13. Manere apud semetipsum est, cum homo extra seipsum non vagatur; & se totum collocat, cogitando de Deo.

Quoniam amicus meus venit de via ad me. Luc. 11. 6. Per amicum istum, secundum quosdam intelligitur animus, seu spiritus noster; qui dum per terrena, vana, atque carnalia distrahit, oblectatur, & evagatur; à nobis recedit juxta. Psal. 39. 13. *cor meum dereliquit me.* Cum autem ad interiora sua regreditur, & salutaria meditatur: de via lata perditionis ad nos ipsos revertitur. Dion. Cart. hic.

Profectus est in regionem linguarum. Luc. 15. 13. S. Gregorius explicans, quid sit habitare secum: quod motus cogitationis motum nimirum extra nos ducimus; & sumus, & non sumus nobiscum: quia, nosmetipsos minime videntes per alia vagamur. An illum secum fuisse dicimus, qui in longinquam regionem abiit: Qui tamen, cum postmodum coepit cogitare bona, quae perdidit, scriptum de illo est: *in se reversus dixit.* Hunc ergo venerabilem virum (Benedictum) secum habitasse dixerim: quia in sua semper custodia circumspiciens, ante oculos conditoris se semper aspiciens, se semper examinans, extra se mentis suae oculum non divulgarit. Sanct. Gregor. M. in vita Sanct. Benedicti cap. 1. apud Holland. 21. Martii.

Somnus animae est, cessare à negotiis secularibus, & contemplari de alio Mundo. Sanct. Vincent. Ferrer. ser. 4. D. 17. Trinit.

Domino domi manente omnes faciunt officium, eo absente nihil minus. Sic, cum ratio se colligit, & consilium conscientiam; omnia perturbantur. Stella de cont. &c. part. 3. cap. 38.

Terra. Lem. Amata, nec iners. Sanct. Bernardus de vita solitaria: otiosum non est, vacare Deo; imò negotium negotiorum omnium. Seneca epist. 8. mihi crede qui nihil agere videntur, majora agunt; humana, divinae simul tractant. Picinelli.

§. II.

Recolectionis motiva.

Ex Veteri.

Dimiste corvum, qui egrediebatur, & non revertetur. Gen. 8. 7. Corvus emittitur de arca, quando aliquis vagatur à conscientia sua; & saepe, vel aquis concupiscentiae intercipitur, vel cadavere luxuriae illeceus retinetur; ideo dicit Dominus cuiuslibet, qui est in arca, id est, in Ecclesia. If. 26. 20. *ingredere in domum tuam, & intra in cubiculum tuum.* Hugo Card. hic.

Apparuit ei Dominus in flamma ignis de medio rubi. Ex. 3. 2. Qui compungitur intus sincere poenitentiae spiritus, reperit in deserto, & in rubo, Deum suum instar Moysis. Ibi de spinis contritionis flammam excitat amoris; & monet egredi ex Aegypto tenebrosa, ex se virtute peccati; & tendere in terram promissionis. Adjunge te focium: bonum est in solitudine cum solo Jesu esse. Marchantius Dom. l. 1. Quadr.

Estne Dominus in nobis? an non? Ex. 17. 7. Querebant olim Israelitae. Quare id quicquid Christianus estne in me rex meus dilectissimus? an non? an tyrannus saevissimus? Baradius t. 4. l. 4. c. 7.

Vacare, & videte. Pl. 45. 11. Si vacare volumus, soli Deo vacemus. S. Paschasius in Thr. 1.

Hec dicit Dominus Deus: si quiescatis, salvi eritis. Il. 30. 55. Maximè enim conducit ad salutem, quiescere à negotiis, ac perturbatione mundana. Sylveira in Joan. 4. 52.

Redite praevaricatores ad cor. Id. 46. 8. Debet homo redire ad cor. 1. Quasi ad iudicii solium, ut se discat. Psal. 76. *meditatus sum nocte cum corde meo.* 2. Quasi ad vitam principium, ut se custodiat. Prov. 4. *omni custodia.* 3. Ad divinae locutionis auditorium. Ol. 2. *loquar ad cor ejus.* Sanct. Thom. Aqu. hic.

Ex Novo, Patribus, & aliis.

Dullus est Jesus in desertum. Matth. 4. 1. Prima ratio itinere in desertum fuit, ut poenitentiae exemplum daret; in solitudine orando, jejunando, vigilando, patienti, & affligendo. 2. Ut doceat te tempus seligere, in quo solitudinem cordis tui ingrediaris: ut ibi audias, quid loquatur in te Deus tuus. Marchantius D. 1. Quadr.

Hera hora septima reliquit eum febris. Joan. 4. 52. Quare hora septima signatur tempus quieti convenientis: nam Dominus septimo die requievit ab universo opere, quòd paravit. Gen. 2. 2. Sylveira hic.

Quamdiu te somnus? quamdiu te secularia, tenent? quamdiu sollicitudo istius vitae? quamdiu terrena? divide saltem Deo, & saeculo, tempora tua. Vel quando non potes agere in publico, quae sunt istius mundi, & tenebrae prohibent noctis; Deo vocato, indulge orationibus. Sanct. Ambr. in Psal. 118. ser. 19.

Qui toto anno nobis viximus, saltem vel paucos dies vivamus & Domino. S. Aug. l. 2. D. 1. Quad.

Deputentur tempora, distribuantur horae, pro salute animae. Id. Conf. l. 6. c. 11.

Eligatur tibi opportunus, & aliquantum à familiaris strepitu remotus locus; in quem tu, velut in portum, quasi ex multa tempestate curarum, te recipias; & excitatos foris cogitationum fluctus secreti tranquillitate componas. Tantum ibi sit divinae lectionis studium, tam crebrae orationum vices; tam firma, & pressa, de futuris cogitatio: ut omnes reliqui temporis occupationes facili hac vacatione compenses. Sanct. Hieron. ep. 14. fortè Paulini Nolani Ep. ad Celsantiam.

Amet homo, amet sanctum otium; in quo exerceat animae suae negotium. S. Prosper de vita cont. c. 8.

Eja nunc homuncio! fuge paululum occupationes tuas, absconde te modicum à tumultuosis cogitationibus tuis abijce nunc onerosas curas, & postpone laboriosas distensiones tuas. Vaca aliquantulum Deo, & requiesce aliquantulum in eo. Intra in cubiculum mentis tuae; exclude omnia, praeter Deum, & quae te juvent ad quaerendum eum. Dic nunc totum cor meum; dic nunc Deo: quæro vultum tuum, vultum tuum, Domine requiro. Psal. 24. S. S. Anselmus Prologii cap. 1.

Memento, non dico semper, non dico sepe, sed interdum reddere te ipsum tibi. S. Bernardus Confid. l. 1. c. 5.

Quam facere potes sapientem, spiritum tuum per diem Deo presentem sile. Sicut aves nidus in arboribus habent, in quos sese recipiunt, cum opus est: & cervi dumos, & canabula, sub quibus sese abdunt, & occidunt, dum umbram in aestivis caloribus captant. Sic, o Philothea, corda nostra aliquem sibi locum quotidie capiant, & feligant, oportet, vel in Monte Calvariae, vel in vulneribus Salvatoris nostri. S. Franc. Salf. Philoth. p. 2. c. 12. de recollectione.

Quod foris est, miserabile est: quod intus est, mirabile est. Intus ergo vide, & non miraberis, quidquid foris apparet. Hugo de S. Vict. in Pf. 67.

Gentiles etiam Sina nonnulli ad praedium suburbicum conferre, animi colligendi, commentandi, sui ipsorum reformandorum gratia solent: ut in primavum, in quo initio conditi fuerunt, statum, ut ajunt, refectant. P. Petrus Janicinus in thes. rer. Indic. tom. 2. l. 2. c. 20.

Chinesium libris sigillatim commendatur continuum sui ipsius, actionumque suarum; ac praecipue earum, quae in aliorum oculis non occurrunt, examen. Eam ob causam magni faciunt secretum ad villas, & loca solitaria: quod nonnulli faciunt, ut diligentius vacent contemplationi luminis naturalis; & se ipsi reformant, revolvendo se ad primum statum, in quo, ut ipsi loquuntur, de caelo conditi sunt. Ex. lit. P. Nicolai Longobardi 1798. ex China.

TITULUS III.

RECREATIO.

ERANT autem populus secundum faciem sanctorum. Judith. 16. 24. hoc est, ad modum, quo gaudere sancti solent: qui, cum oblectationem aliquam capiunt, modesta regulariter, temperantia perpendiculari, cautionis normam, frugalitatis firmitatem, attentionis lineam, semper ad manum habent: ad quam relaxationis lux suavitatis exigit. Did. Nyss. Pol. coel. p. 1. l. 7. c. 7.

Cantate Dominum canticum novum. Pf. 97. 1. & v. 4. Cantate, & exultate, & psallite. Quid est cantare Domino? fervire, gratificari. In cantu dantur pausa: lassabit continuum concentus, & tenor. Fieri non potest, ut perpetuo quis oret, aut corpus flagellet; aut tanquam mutus, nunquam loquatur; aut omnes jejundet dies. Est hic nimis altus tonus. Id. ib.

Horas conclusus seror mea. Cant. 4. 12. Sim. Caff. l. 13. cap. 8. in Evangel. sunt deliciae Paganorum, & Infidelium; sed non conclusae: sunt deliciae peccatorum; sed non conclusae: sunt verorum Christianorum; sed conclusae. Deliciae Christianorum certos fines habent, certis limitibus concluduntur. In certis demonum patet, qui non stat in horro concluso.

Venite scorsum in desertum locum, & requiescite paululum. Marc. 6. 31. Pius Magister, ac Dominus, Discipulorum labori, & fatigationi compassus, concessit eis respirationem, recreationem, & quietem: verumtamen non magnam, nec longam; sed brevem, & modicam: ostendens, non diu cessandum esse ab opere bono; nec ultra necessitatem indulgendum esse corporali quieti: sed usque in finem invicto animo perseverandum esse in opere virtuoso. Dionys. Carth. hic.

Jesus fatigatus ex itinere sedebat super fontem. Joan. 4. 6. Infruit te, quid agere debeas, cum a labore desistis, & qualis sit recreatio appetenda. Neque enim, si diutius laborare nequeas, docet intendere fabulis, aut somno delectari; sed quid? super fontem fedas, solatium Spiritus quaeras: Scripturae sanctae fluentis intende. Thom. Kemp. conc. 19.

Gaudete in Domino semper. Philipp. 4. 4. modestia vestra nota sit omnibus hominibus v. 5. S. Thom. Aqu. hic: ita fit moderatum gaudium nostrum, quod non vertatur in dissolutionem.

Caveamus; ne dum relaxare animum volumus, solvamus omnem harmoniam; quasi concentum quandam bonorum operum. S. Ambros. Eth. Christ. l. 1. c. 20.

TITULUS IV.

REDEMPTIO.

S. I.

Vocatur Justitia.

Sicut in iudicio redimetur. Isa. 53. 7. Christi redemptio, licet opus fuerit summae clementiae, & misericordiae; hic tamen vocatur iudicium, & justitia: quia Christus ex Justitia soluto lytro, pura pretio sanguinis sui, nos redemit. Cornelius hic.

Non tantum erat peccantium peccatum, quantum pro illis morientis iustitia: non tantum nos peccavimus, quantum ille iuste egit; qui animam pro nobis posuit. S. Cyrill. Jerof. Catech. 13.

S. II.

Redemptio major creatione.

Haec cum dixisset, insufflavit. Joan. 20. 22. Haec insufflatio significat novam dignitatem homini concessam. Gen. 2. 7. insufflavit Deus in faciem Adae spiritum vitae; & factus est homo in animam viventem. Nunc vero iterum in hominem insufflavit. Et sicut antea limum in hominem viventem suo statu mutavit; sic modo eodem Spiritu hominem in Deum certo quodam modo convertit: Deus enim est qui Spiritu Dei plenus existit. Ex quo apparet, nos Deo propter redemptionem multo plus, quam propter creationem debere. Nam, quia nos creavit, esse hominis quia vero redemit, esse divinum ei debemus: cum ejus gratia participes facti simus. Diez conc. 2. Dom. in Alb.

Gratias tibi agimus, Jesu Christe, quod creati nos; sed creatos feris bellis, mutis animantibus praefecisti. Majora sunt visitationis tuae munera. Visitatos majestatis tuae consortis honorasti, dicens: narrabo nomen tuum fratribus meis. Pf. 41. 23. Suscepit enim corpore fratres es factus; nec Dominus esse desisti. S. Ambros. Octon. 20. in Pf. 118. Vide humilitatem meam &c.

Sex diebus condidit omnia, & te inter omnia. At vero per totos triginta annos operatus est saltem in medio terrae. S. Bernard. l. 9. in Cant.

Urget ratio, & justitia naturalis, ut totum me per amorem tradam tibi, & quo me totum habeo. Et si totum me debeo tibi, quia me fecisti; ad magis amandum sum obligatus, quia me refecisti: nec tam facile me refecisti, quam fecisti. Nam semel dicendo me fecisti, sed refecendo, & dixisti multa, & gestisti mira, & perulisti dura: nec tantum dura, sed indigna. S. Idiota de am. div. c. 10.

S. III.

Redemptio beneficium maximum, opus Dei.

Quinquagesies, nec saepius, minusve, reperitur in Scriptura Sacra mentio liberationis, & egressionis filiorum Israel: ex Aegypto. Ad denotandum verum Jubilaeum nostrum five Pentecostem, in quo Spiritus Sanctus diffunditur; sed non sine praevia; & frequentate redemptionis nostrae recordatione, atque gratiarum actione. Doultreman. de am. l. 2. c. 3. sect. 10.

Dominare nobiscum, & filius tuus, & filius filii tui: quia liberasti nos de manu Madian. Judic. 8. 32. In illo, & unico confictu, Gedeon nec guttam quidem sanguinis effudit; nec vulnus ullum, autictum, accepit. Et tamen adeo grati sunt filii Israel: ut ei, filioque, & nepoti, subjiciant. Quid nos superno Duci nostro facere debemus; qui tot, tanisque expensis nos liberavit &c. Diez l. 4. D. 2. Quad.

Dominus opus tuum. Habac. 3. 2. Opus intelligit liberationis Judaeorum a Babylone: & mystice redemptionis generis humani a captivitate Diaboli, & peccati, per Christum Cornelius hic.

Exiit potentiam in brachio suo. Luc. 1. 51. Ea, quae exiguas vires requirit, digito solemus efficere: ut si palca ex humo tollendo est, digitis tollitur; trans vero brachio, ob pondus, tollenda est. Cetera omnia opera Dei, comparata operi redemptionis, vocatur exigua. Ideo de iis David: quoniam video caelos opera digitorum tuorum, lunam, & stellas, quae tu fundasti. Pf. 8. 4. At redemptionis opus ait sanctissima Virgo brachii divini opus fuisse. Diez conc. 1. de Incarn. D.

Recogitate eum, qui talem sustinuit. Eccl. 12. 3. Quantum sit redemptionis beneficium, non potest in hac vita penitus cognosci. Nam ad hoc beneficium plene cognoscendum, oportet intelligere, quid nobis propter id datum fuerit: scilicet coelestis beatitudo, & liberatio ab Inferno. Quibus igitur oculis Electi sanctissima illa Christi vulnera respicient, & quibus tanta illis bona profuserunt. Diez in Pass. Dom.

Miscellanea.

Surge, tolle lellum tuum, & vade in domum tuam. Matth. 9. 6. Sanctus Hilarius Can. 7. in Matth. ait tribus illis verbis, surge, & tolle lellum tuum, vade, denotari totam redemptionem per Christum factam. Surge, significat remissionem peccatorum per gratiam: tolle lellum tuum, corporum resurrectionem: per cam enim homo iterum resursum carnem suam; quae; in non est nota infirmitatis, sed signum perennis salutis. Vade in domum tuam, ingressum in regnum caelorum. Sylveira hic.

Qui-

Quibus modis mors in saeculum venerat, iidem modis vita saeculo pervenit. Lignum enim per Adam operatum est mortem; lignum per Christum operatum est vitam: & quem diabolus persuadendo deiecit, eum Dominus liberando salvavit. Sanct. Chrysol. l. de interdictione arboris ad Adam.

TITULUS V. REGNA.

S. I.

Regnum Christi Domini.

Ex Veteri, & Novo.

Parvulus natus est nobis. Il. 9. 6. factus est principatus ejus super humerum ejus. Clementissimus Princeps regnum suum super humerum gestat. S. Thom. de Vill. ser. de S. Steph.

Advenit Regnum tuum. Matt. 6. 10. Regnat in terra cupiditas, caro, mundus; diabolus: cupimus in homine Deum regnare, & propterea advenit regnum tuum, ad destructionem horum regnorum. Quantum enim in nobis regnat avaritia, aut luxuria, aut quodvis aliud vitium tantum subtrahit regno Dei in terra. Cajetanus hic. O venerabilis ordo regni Dei! d. rationalis, & opportunus consolatio regis Dei! Non venit hoc regnum cum festinatione; quemadmodum regnum hujus mundi; de quo rectissime dictum sit: hereditas, ad quam festinatus in principio, in novissimo suis benedictione careret. Prov. 20. 21. S. Rupertus in Ezech. c. 1.

Simile est regnum caelorum grano sinapis. Matth. 13. Regnum Nabuchodonosoris comparatur arbori magne: regnum Alexandri Cedro magne: Romanorum regnum monti: Christi vero regnum, quod universa illa communit, grano Sinapis. Olorius D. 6. Epiph.

Regnabit in domo Jacob. Luc. 1. 32. Cur non dixit regnabit in domo Abraham, aut Isaac? si Abraham, & Isaac, Patres Domini vocantur, & Salmeron: non in domo Abraham, in qua Ismael pugnat cum Isaac: nec in domo Isaac, ubi Esau persequitur Jacob: sed in domo Jacob, quae carnis sanctior. Escobar tom. 3. Coll. Chr. t. 3. l. 9. sect. 1. Obs. 2. Super omnes beatos, & reprobos, & aqua, & una potestate regnabit: beatificus super bonos; horrendus atque terribiliter, super malos; tam aeternae, quam aeternae est Deus; ut infinitas infinitas nulla succedat. Sim. Caff. l. 2. c. 6. Cur in domo Jacob? non Abraham, aut Isaac? Primum in domo Abraham dicitur nati filii: unus tantum scilicet promissionis obtinuit benedictionem. In domo Isaac duos peperit Rebecca; unus tantum assecutus est benedictionem. At in domo Jacob duodecim progeniti filii, & omnes propriis benedictionibus ditati sunt a patre. Gen. 49. 1. &c. In hac ergo domo praefiguratur regnum Christi; cuius dona non unus, vel alter possidet, sed ad omnes se extendunt. Secundum, Jacob moriturus transpositis manibus benedixit nepotibus. Gen. 48. 13. Quo crucis figuram expressit. Merito igitur dicit regnare in domo Jacob, tibi Crucis figura apparet; qui regnum suum in cruce, & laboribus, quibus nos redemit, collocavit. Tertio, Jacob, cum audisset filium suum Joseph in Aegypto regnare, dixit. Gen. 43. 28. sufficit mihi, si Joseph filius meus vivit. In hac ergo domo, ubi non terrena, sed vita Jesu, qui in Joseph figurabatur, queritur; & ipsa sufficit nobis, licet amici omnes mortales sint, dum JESUS auxiliator nosse sit, ubi regnare dicitur Christus. Sylveira hic.

Anno quinquagesimo imperii Tiberii Caesaris. Luc. 3. 1. Caesorum regnum Joannis tempore appropinquabat; Judaeorum vero regnum desinebat. Tunc enim caelum appropinquat, cum terra desinit. Romanum imperium fuit illis virgo ferrea. Pf. 2. 9. Virgam aham auream Messias postea misit, cui subjecerent caput. Pf. 109. 2. virgam virtutis tua emittet Dominus ex Sion. At miseri ferream auream praetulerunt non habemus regem, nisi Caesarem. Joan. 19. 15. Ferrea virga eos confregit Pf. 2. 9. tamquam vas signi confinges eos. Baradiust. c. 2. l. 1. c. 7. Dom. 4. Adv.

Parvulus natus est nobis. Luc. 10. 42. Hoc scilicet est regnum Dei; quo habito nihil deest. Quare primum regnum Dei. Matth. 6. 33.

Parvulus natus est nobis. Luc. 11. 20. Regnum Dei, ubi regnat Deus, per virtutem, & gratiam. Regnum Dei Ecclesia sancta Dei, libertas a vitiis, habitusque virtutum. Regnum Dei amor est ejus. Sim. Caff. l. 5. c. 23.

Deus impletur in regno Dei. Luc. 22. 16. Aliquid magni, atque insignis, innotuit Jesus, cum desiderabat Pascha transire manducare cum Apostolis: nam omnia suis spatibus transiit sub sole. Transiit innocentia in caelo aliquorum Anglorum; transiit illa primorum parentum. Transiit diluvium, transierunt Patres antiqui, transierunt Reges Judaeorum, transiit Synagoga; transierunt, & transierunt regna Gentilium. Unde

Ecclesiasticus dicit: Regnum a gente in gentem transferetur. c. 10. 8. Transierunt tempora non reditura; transierunt Mundi bona, Transierunt Apostoli, Martyres, & Confessores; transierunt Pontifices, & succedunt. In aeternum vero stat, & nunquam transit regnum Dei aeternum, beatitudo Sanctorum. Sim. Caff. l. 13. c. 4.

Fecit nos Deo, & Patri suo, regnum, & Sacerdotes, &c. Apoc. 1. 6. Fecit nos regnum: ut, qui primo eramus regnum diaboli, modo simus regnum Dei: & in quibus prius regnabat diabolus, in eis modo regnet Deus. Fecit nos regnum: ut in nobis destrueret mala, & edificaret bona; vitia deprimeret, virtutes erigamus. Fecit Sacerdotes: ut, qui prius demonis immolavimus, Deo deinceps immolemus; & qui ante obtulimus diabolo sacrificia peccatorum, amodo offeramus Deo Sacrificia bonorum operum. Richardus a S. Vict. l. 1. hic.

S. II.

Regnum Caelorum.

Propheta ait: Regnum Caelorum. Matth. 3. 2. Durante statu veteris testamenti annuntiatum est a Lege, & Prophetis, regnum terrenum opulencia rerum temporalium: a tempore autem Joannis Baptistae evangelizatur regnum Dei; regnum caelorum, non terrenum. Cajetanus in Luc. 16.

Simile est Regnum Caelorum grano sinapis. Matth. 13. 31. Illud regnum singularitate potens, aeternitate felix, divinitate fulgens, diffusum toto caelo, tota terra dilatatum; in grani sinapis coarctat, & concludit angustias. Spes ista est credentium tota? expectatio ista est Fidelium summa? ista est felicitas Virginitatis totius acquisitionis sanguinis conculsa? Hoc est, quod nec oculus vidit &c. hoc est, quod ineffabile Sacramento diligentibus Deum promittit Apostolus, esse preparatum? S. Chrysol. l. 98. de grano sinapis.

Exiit in diebus Herodis. Luc. 1. 5. Cur fit mentio de diebus Herodis? Hugo Vict. l. 4. insit. mon. venit Herodes, qui non erat de Israel; & attulit sceptrum dominationis in populum: ut ad exordium coelestis imperii carnale regnum desiceret; & promissus a saeculis Rex Israel, cum non esset sceptrum de Juda; aeternum reciperet, quod temporale transierat. Ut fiat, quod ad praesentiam regni coelestis omnia bona temporalia disparent. Sylveira hic.

In Regnum Dei vocati sumus: dignè regno ambulemus. Clem. Alex. l. 3.

Dignum valde est, & omnino exigit ratio aequitatis, ut quibus a constitutione Mundi regnum paratur, ipsi etiam regno parare non negligant: ne parato regno forsitan inveniant, qui regnaturi fuerant imparati. Quare ergo, quemadmodum regno parato parari debeant reges futuri. S. Bernardus serm. de eo, quod legitur in Job in sex tribul. &c.

Dignum omnino est, & omnino exigit ratio aequitatis; ut quibus a constitutione Mundi regnum paratur, ipsi etiam se regno parare non negligant. Guarnicus serm. de Scripturar. Sacrar. utilitate.

S. III.

Regnum animarum.

Advenit ad Adam. Gen. 2. 19. Neque illi quidquam vel nocere audebat, vel insidiari: quippe quod in eo videbant regiam relucens imaginem. Simul ac vero speciem illam peccati tenebris obscuravit, DEUS hominem de imperii statu deiecit. S. Chrysol. lib. de Virginit.

Advenit regnum tuum. Matth. 6. 10. id est, regnum tuum nobis adveniat; ut tu regnes in nobis in hac vita per gratiam; & nos in te in alia per gloriam. S. Edmundus spec. Eccl. c. 17.

Regnum Dei intra vos est. Luc. 17. 21. Advertimus, in nobis regnum coeleste solidari cum Christo, expulso Mundani principis regno, fugratique delictis faecalibus; intra nostrorum regnat secreta animorum. Sanct. Ambros. l. 5. in Luc. hic.

Regnum Dei vocati sumus: dignè regno ambulemus. Clem. Alexand. l. 3. paedag. c. 11.

Verum regnum istud est, posse nos optima vita propitium, & clementem nobis facere Deum. Saq. Chrysol. hom. 23. in Gen.

S. IV.

§. IV.

Regna Mundi.

Num. I.

Figura, & Symbola.

Quid est, quod tenes in manu tua? Exod. 4. 2. Hac virga, ejuque metamorphosi significabantur vices Hebraeorum, sive tres eorum status in Aegypto. Hebraei enim virgam, id est, sceptrum, & principatum tenebant, vivente, & regente Josepho. Eo vita functo virga hanc in terram projecta, & versa in colubum, quia Hebraei prius chafi, post mortem Joseph exossi fuerunt Aegyptiis. Rursum hic coluber in virgam versus est in manu Moysi: quia populo suo rursum sceptrum, libertatem, & dominationem attulit. Cornelius hic. In ora vestimenti malogranata. Ex. 39. 23, quibus regna notantur, ut ait S. Cyrillus Alex. l. 11. de Ador. in spir.

Aqua Siloe, qua vadunt cum silentio. Isa. 8. 6. Symbolum sunt regni, & stirpis Davidis; ob eius humilitatem, modestiam, & pietatem: & quia ex ea prognatus est Christus, Rex manifestissimus, & modestissimus. Cornelius Hieroglyph. hic.

Et in medio ejus similitudo quatuor animalium. Ezech. 1. 5. Curus hic, seu quadriga, adumbrat quatuor Monarchias, inquit Lyran. Maldonatus, S. Justinus, Chaldaeorum, Persarum, Graecorum, Romanorum. Totus enim Mundus est quasi curus, quem moderatur auriga Deus. Cornelius hic.

Residuum crucis comedit locusta &c. Joel. 1. 4. Illius everfio populi per quatuor haec facta est erucum, locustarum, bruchum, & bruchigenem: id est, per quatuor regna hanc Babylonicum, Persicum, Macedonicum, atque Romanum. S. Rupertus l. 4. de oper. Spir. S. c. 4.

Exercit cornu saluti. Luc. 1. 69. Cornu signatur regia potestas: quoniam in veteri Testamento oleum, quod ungebantur reges, ferebatur in cornu. Juxta quod dictum est Samueli 1. Reg. 16. 1. imple cornu tuum oleo. Proinde cornu erectum in domo David, est regia Christi potestas. Sim. Caff. l. 3. hic Cornu in Sacris literis modo pro regno, modo pro robore, modo pro potentia usurpatur. S. Titus Bostr. hic.

Num. II.

Regna Mundi instabilita, vana, &c.

Pleraque Symbolica.

Ex Veteri.

Obtulitque munera Eglon Regi Moab. Judic. 3. 17. Eglon rotam nomine protulit, & rotam vertiginem suo casu, ac morte, representavit. Origenes hic.

Cum abieris hodie a me, invenies duas iuxta sepulchrum Rachel. 1. Reg. 10. 2. Samuel Propheta postquam Samuelem in regem unxit, mox praecipit ei abire versus Rachelis sepulchrum. Regnare & mori, connexionem inter se habent. Incerto Auth.

Saul ungitur in Galgala, 1. Reg. 11. 14. quod interpretatur rota.

Imple cornu tuum oleo. 1. Reg. 16. 1. Saul immustus fuit oleo lenticulae hincilis. 1. Reg. 10. in signum, quod regnum suum cito frangendum erat. David autem ungitur oleo cornu quia regnum ejus duraturum erat in aeternum. Hugo. Card. hic.

Et statui duas columnas in portu templi vocavit eam nomine Joschim: similitudo erat columnam secundam, & vocavit nomen eius Booz. 3. Reg. 7. 21. Joachin firmatus, Booz rotatur. Operat Silomon, ut regno salvo salvum staret templum, sic Lyranus. Sed repugnans columnarum fastigia, liliis ornata, v. 22. Super capita columnarum opus in modum liliis posuit: quasi insinuans regna, ut liliam evanescere. Velloso in Judith. 3. Par. 9.

Ego Salomon fui Rex in Jerusalem. Eccl. 1. 12. Cur non dicit, ego sum Rex? vivebat enim dum hoc diceret. Hugo a S. Victore: fui, jam non sum: quia, est sum; idipsum vanitatem, & nihil esse agnosco, quod sum.

Omnis presentium vita brevis. Eccl. 10. 11. Reges Chaldaei, teste Herodoto l. 1. gellabant sceptrum, in quo rosa, aut similibus flos, erat inculptus: rosa autem, quia fregida, ebrietati resistit. Igitur sceptrum, quod homines sicut inebriant, & demerunt, incidunt rosam: quae licet sit speciosa, subito tamea marescit: ut cogitantes sua scepra brevi corrumpeant, factum ponent. Cornelius in Eccl. 7.

Date florem Moab. Jer. 48. 9. Hebraeorum textus florem, a lam, & coronam valet. Addit textus: quia flores egrediuntur: scilicet ad honores funebres. Nec flores a tumulo discedunt: constat enim defunctos, floribus, & herbis olentibus coronatos, efferi in tumulum. Velloso in Judith. 3. Par. 9.

In Ezechielis quatuor animalibus quatuor Mundi Monarchias nonnulli interpretes agnoscunt: ubi rotae instabilitatem expriment. Et insuper c. 1. 16. aspectus rotarum, & opus earum, quasi visio maris; quo nihil turbulentius. Dan. 7. 2. Quatuor venti pugnant. Mendoza in 1. Reg. 2.

Fecit transfere Samaria regem suum quasi spumam &c. Of. 10. 7. de exilio regis Samariae. Quatuor quadrigis, quatuor Mundi imperia comparantur. Zach. 1. 6. quia non minor in his, quam in illis, volubilitas reperitur. Mendoza in 1. Reg. 2.

Hoc est sepulchrum, quod fecit in Madin. 1. Machab. 13. 30. Simeon Dux Machabzorum adificavit super sepulchrum patris sui columnas magnas, juxta arma naves sculptas. Regiae majestatis insignibus naves junguntur, regnorum inhabilitatem significancia. Unde & veteres olim Imperatores, teste Strabone l. 7. pictis navibus pro regia corona utebantur: ut videlicet Imperatoria majestas, non firmo solo stabilita, sed fluctuante solo exagitata, ostenderetur. Lucerto Auth.

Ex Novo, & alius.

Hae omnia tibi dabo, si cadens adoraveris me. Matth. 4. 9. Quam nihili Sathanas omnem Mundi gloriam, opes, regna, zelum: cum illa omnia se daturum promittit pro una unitus hominis (non enim cerio Deum esse agnoscebat) submissa corporis inclinatione. Tale Herodes de imperii gloria tulit judicium, cum pella saltatrici dimidiam sui regni partem sub juramento pollicitus est. Sic advertit Sancti. Ambr. l. 3. de Virginiis, vide quemadmodum saeculares ipsi de Sacerdotibus suis judicent; ut pro saltatione etiam regna donentur. Fernandus in Gen. 2. Sect. 8.

Et arundinem in dextra ejus. Matth. 27. 29. Calamus ille, (seu arundo, quae percussus Christus) mysterium fuit sceptri vani, & fragilis: super quod incumbimus omnes, priusquam crederemus sceptrum maligni. Considebamus enim in virga calamina Aegypti, vel Babyloniae, vel Cusculunae regni contrarii contra regnum Dei. Orig. tr. 35. cap. 29. in Matth.

In via inter se discipuli disputaverant, quis eorum major esset? Marci. 9. 33. Ubi D. Hieronymus. recte in via tractabant de principatu: similis enim est haec tractatio loco. Principatus enim sicut ingreditur, sic deseritur. Et quamvis teneretur, labitur, & incertum est; in qua mansione, id est, die finitur. Mendoza in 1. Reg. 2.

Offendit illi omnia regna orbis terrae in momento temporis. Luc. 4. 7. Bene in momento temporis saecularia, & terrena demonstrantur: non enim tam conspicuus celeritas indicatur, quam caduca fragilitas potestatis exprimitur. In momento enim cuncta illa praetereunt: & saepe saeculi honor abiit, antequam venerit. S. Ambrosius l. 4. hic. Ideo vater hostis in praetium montem Iosum transfuit, ut eminus intuens regna terrarum illiciteretur eorum fisco: quem certum ridendum sciebat cominus intuenti. Quam liberalis est Mundus in suarum exhibendo pompa dignitatum: ut solos oculos fallaci spectaculo detinet. Semper ostendit, semper se clamitat daturum, raro confert. In momento temporis omnem ambitionis superlitem expromit. Haud igitur grandis pompa hujus Mundi, quae tam brevi temporis puncto exponi potest. Oliva lib. 13. Strom. hic.

Verbum divinum choras in orbem ducit. Philo Hebr. lib. quod Deus sit immutabilis. An non singulorum hominum, urbium, populorum, provinciarum, cum status varios, & innumeras vicissitudines intueris, ab ipso Deo choras agi putas? Volente enim Deo, & movente in patriam Mundi aeternam, Medorum, Graecorum, Chaldaeorum, Romanorum imperia educantur; ibi gestire, & tripudiare videntur, dum dominantur. Sed subinde volente Deo, iterum recepti cantus; quiescent, disparent, atque illis in orbem, in choras, & gaudia succedunt. Fernandus in Gen. 1. Sect. 1.

S. Ludovicus Tolofanus Ep. Caroli Siciliae Regis filius, terrenum regnum vocabat splendendam servitutem, & honestum ergastulum. Douletrian. l. 1. c. 5. Sect. 6.

Carolus V. senectens onerum, & curarum Reipub. pertaxus, cum Bruxellae principatum Belgii in filium Philippum Secundum transferret; illacrymans dixit: o fili! magnam tibi onus impono: ego enim toto tempore principatus mei nunquam quadrantem horae magnis curis, & anxietatibus vacuum habui. Cornelius in Num. c. 11.

Num. III.

Regna quomodo confervantur.

Domine Deus! unde scire possim, quod possessurus sum eam? Gen. 15. 8. 9. amplam scilicet hereditatem desiderabat Abraham pro se, siuque posteris, certam felicitatem testem; tuncque sacrificium Domino offerre jubetur. Et respondens Dominus: sume visi vacam triennem, & capram arimam &c. Naxera in Jes. 18. S. 4.

Congregati sunt omnes filii Israel in Silo, ubique fixerunt tabernaculum testimonii. Jos. 18. 1. Quid tunc? Et fuit eis terra subfusa: Pacatum possident regnum, dum signum Numinis tabernaculum: hostibus terribiles fecit religio. Natus hic: laudanda profecto est populi religio; qui ante omnia curae est Dei sacra, & cultus divinus: tunc enim demum felicitate succedat res humanae, quando divinae praecellerunt. Naxera ib.

Dederuntque in manu tenendam legem, & constituerunt eum regem. 2. Paral. 23. 11. Nota: prius legem manu regis exceptam; deinde regem pronuntiatum: quasi jam ad regnum solidandum foret legis observatio. Isidorus Pelusiot. l. 4. ep. 142. quibus legitimum contigit imperium, is bene procedet; ubi obtinuerit pietas. Velloso in Judith. 6. Par. 48.

Ciconia in pinaculo templi. Lem. hic turior. Isid. Pelus. l. 2. epist. nam regni quoque basis erga Deum pietas est. Pinacelli.

Miscellanea.

Venerunt Romani. Joan. 11. 48. Illic crepidaverunt timere, ubi non erat timor. Psal. 13. 5. Augul. hic: trepidaverunt in damno temporalium, ubi non erat timor. Timuerunt regnum terrenum amittere, & amiserunt regnum caelorum, quod timere debebant. Pererat Mundi haerem, ne fiat animae damnium. Efcobar. 1. 2. Perf. Chr. l. 9. sect. 1. obf. 1.

Tunc magis dominionum exercitus contra hostes crevit, quando Dei exercitus ad rationem creverit. S. Gregor. ep. 5. 1. Remota justitia, quid sunt reges? nisi magna latrocinia. Quia & ipsa latrocinia quid sunt nisi parva regna. S. Augul. de Civ. l. 4. c. 4.

RELAPSUS IN PECCATA.

§. I.

Symbola, & Similitudines.

Ex Veteri.

Habitavitque in deserto Pharaon. Gen. 21. 21. Bis Agar Domini sui domum deseruit. Primo Gen. 16. 9. at tunc reituta est in domum ab Angelo. Iterum eandem domum deseruit. Genes. 21. 21. verum non ultra in domum rediit. Scilicet, qui primo delinquit, veniam meretur, & in pristina habitationem ab Angelo reituitur: qui vero diutius in peccato haeret, dignus est, qui deseratur. Pina. Ethol. 174.

Surgite, & egredimini &c. Exod. 12. 31. Cum territi Aegyptii urgerent Israelitas, ut discederent; nihilo tamen minus mutatum est cor Pharaonis; & juncto curru, coactoque non parvo exercitu, rursus eos in servitutem agere conabatur. Ex. 14. 23. Ita nunc diabolus quem figurabat Pharaon, contra vos agit. Est enim capitalia peccata, veluti diaboli primogenita, per exomologem extinda a vobis sint; & non deest tamen recens exercitus, quo vos totis viribus expugnare conabitur. Danda igitur opera est, ut hic exercitus obruatur, tanquam marinis fluctibus; novitate vite. Isid. Clarius. lib. 1. or. 21.

Aetum ex vino non bibent. Num. 6. 3. Aetum bibunt, qui a vite sanctitate in vetustate praeceptorum vitiorum labuntur, & corruptione veteris nequitiae deficiunt. V. Beda hic.

Construamus nobis aedes, & revertamur in Aegyptum. Num. 14. 4. Judaei fuerunt Deo infensa, divinique beneficiis inimici: postquam emperasset beneficia illis collata: mare divisum; columnam nubis & ignis manna, aquam ex petra, vestes quadriginta annis integras, solem stantem, cedentem Jordanem, cadentem Jericho: addit: horum quae gratia? constituimus &c. S. Basilus Seleuciensis orat. in illud Luc. 18. ecce ascendimus Jerusalem. Applica de relapsu.

Imperatus est Joilus &c. Jos. 6. 25. Destruit Jericho, qui abre-nunciavit Sathanae, & Mundi pompis: reedificavit vero, qui revertitur ad vitia. V. Beda apud Cornelium hic.

In circuitu impij ambulavit. Pl. 11. 9. Quia in eadem semper peccata relabuntur. Circumvi terram. Job 1. 7.

Et pedes eorum relati. Ezech. 1. 7. Hi pedes rectos non habent; qui ad mala Mundi, quae reliquerunt, reflectuntur. S. Gregor. hom. 3. hic.

Falsi sunt principes Juda, quasi assumentes terminum. Super eos effundam, quasi aquam, iram meam. Of. 5. 10. Sept. falsi sunt, quasi transferentes terminos. Dilatata fuit principum Juda iniquitas, teste Moyses Deut. 32. 15. intractatus est dilatus, impinguatus, dilatus. Post supplicia innumera, terminum iniquitatis dante Domino posuerunt. At ingratum facti sunt post veniam; quasi transferentes terminos: sicut solet agricola ultra terminos alienam terram aratro sibi addicere; sive lapides terminantes amoveret, ut hereditas valeat dilatari. Pharaon post tantam duritiam, tandem terminum posuit.

R. P. Spanner Poly. Tom. 11.

Hebraeos dimittens. Sed transfuit terminos, ut vincitos superheret. Ex. 14. 5. &c. Theophylactus: ira Dei merito transfuit terminos profus effunditur; & perinde ac maris rubri aqua super Pharaonem: quia fuit mentis. Efcobar t. 1. Mir. Chr. lib. 5. sect. 3. obf. 1.

Ex Novo, & alius.

Ave Rex Judaeorum. Matth. 27. 29. Pilati milites Christo Domino, ut regi, purpureum circumdederunt vestimentum, & flexo genu salutabant eum. Sed tamen non hoc ardore fuit, sed illudere: etenim expuebant innox in eum, & arundine caput percutiebant. Sic isti, qui post reconciliatam cum Deo, & Christo ejus amicitiam, sine ullis retinaculis ad eadem quotannis, & graviora interdum peccata relabuntur; illudunt potius Christo, quam eum adorent: praebentque satis apertam significationem; se ne tum quidem, cum redire cum Christo in gratiam arbitrati sunt, id fuisse affectus; cum hoc factum ex animo non sit. Isid. Clar. l. 1. or. 1.

Erant ibi lapidae hybris sex postea secundum purificationem Judaeorum. Joan. 2. 6. Non possum parere purificationi Judaeorum immunda: lavant polluta corpora; abluta statim pollunt: semper lavant; semper impuri sunt. Quin imo, porcorum more, de aqua in coenam redeunt. Ibi fuit porci, quos iratus Dominus legioni de monum tradidit. Matth. 8. 32. ut miterentur in lacum, morte necandi perpetua. S. Gaudentius tr. 9. seu secundo de lectione Evang.

Abluti semel estis baptismo glutari, nolite de fonte in coenam regredi: servate donatam munditiam. Idem ibid.

Vidimini potius, cum ad exomologem peccatorum gratia accessistis; non depositis peccata, ut capitalem hostem; sed ut charissimum amicum; quo diutius carere non possitis: atque ob hanc causam ad eundem, quam occidistis potuistis, estis reverti. Isid. Clar. anteq.

Qui peccata peccatis addunt, similes per postam properantibus; qui, fatigato uno equo, alterum accipiunt. Sic illi, ut citius ad Infernum properent, pedes eorum ad malum currunt. Broymard. Peccatum.

Lulligo habet societatem cum avibus, quandoque cum piscibus; de quo Vincentius in speculo naturali: quandoque cum piscibus profunda maris scrutatur; cum autem aquas fastidians, elevat se cum avibus in aera. Sed quia ventos non patitur, iis orientibus ab aqua revertitur. Sic peccator in tentatione. Ascendit ad caelos, & ascendit ad abyssos. Pl. 106. 26. Ezech. 1. 17. Animalia peccata non revertuntur. Id. Relapsus.

§. II.

Relapsus vitandi motiva.

Num. I.

Gravitas punitionis.

Veneruntque duo Angeli Sodoman vespere. Gen. 19. 1. Ipsum tempus, vel hora, visitationis constituitur; peccatorum causa congruit. Abraham meridie visitatus est. Gen. 18. Rupertus l. 6. in Gen.

Respicens solum uxore Loth, non rediens Sodoman, punita est. Gen. 19. 26. Ita adversa Deo recidit. Pina. Eth. 174.

Percussit enim plaga magna nimis. Num. 11. 13. Hebraei in Aegypto commorantes nullis a Deo suppliciis pledebantur. Sed ab Aegypto regressi; dum in Aegyptum redire moluntur, capitali a Deo supplicio damnantur. Cyrill. Alex. l. 5. in Joan. c. 17. prostrati sunt ab hostibus: illorum gerentes typum; qui virtutis iter ingressi a praeterite vite tenebris pedem retro ferre laborant. Incerto Auth.

Abluc carnes erant in dentibus eorum. &c. ecce furor Domini concitatus in populum; percussit eum plaga magna nimis. Num. 11. 33. Si post perfectam vitam voluntates pristinas voluerimus apertae, vocabimus naufragum: statim Domini ergo torqueminur. Desiderium nostrum vertetur in tumulum, ut simus sepulchra dealbata. V. Beda hic.

Invenerunt Dagon jacentem super faciem suam in terra coram arca Domini. 1. Reg. 5. 4. &c. Bis percussit Dagon ab arca Domini: primo solum ab altari dejecit, & in terra posuit; sed nullum accepit vulnus. Secundo & dejecit, & jacet, & totus conteritur, absciso capite, & manibus. Baeza t. 1. l. 15. c. 12.

Aggravata est manus Domini super Azois. 1. Reg. 5. 6. Non respuerunt ad primam plagam; sed induruerunt ad majorem culpam. Nam Dagonem divinitus de suo loco dejectum non spreverunt; sed magis coluerunt: nam antea illum aram colebant; post illum janua v. 5. Pessimus homines, qui poenis non emendantur. Mendoza hic.

Inimici Domini mentiri sunt ei, & erit tempus eorum in saecula. Psal. 80. 16. Mentiri sunt in promissis suis, & ideo non punientur poena temporalis: sed erit tempus eorum in saecula.

scula. S. Augulf. hic: erit tempus eorum non ad tempus, sed in æternum. Sylveira in Joan. 5.

Operuisti in fonte. Thr. 3. 43. Adjutorium iustæ auferitur ab eis, qui & multa de præteritis aggregata non plangunt; insuper, & nova verberibus addentes, pium iudicem ad iracundiam provocant; & quotidie delinquendo inexorabilem reddunt. S. Palchafus hic.

Et pervenit verbum ad regem Ninive. Joan. 3. 6. Ex dictis apparet, quod Sardanapalus, audiens Jonæ oracula; & minas, conversus fit, egeritque poenitentiam cum suis Ninivitis. Sed eo redeunte paulo post ad solitas delicias, & vitias ad eadem redierunt Ninivæ. Unde tunc Deus excitavit Abacem, qui Sardanapalum, & Ninivem invaderet; cumque cogeret ad palatii sui incendium; ac Monarchiam transferret ad Medos. Cornelius hic. Prope erit interitus Ninive. Tob. 14. 6. Quomodo id tam cæcè asserit? Sciebat urbem illam poenitentiam everfionem prædictam evasisse: quia videbat relapsus Lyran. quoniam ad verbum Jonæ Ninivæ egerunt poenitentiam, idco subverfo illa fuit dilata. Postea vero Ninivæ reversi ad vitia consueta: propter quod destructionem ejus iterum dixit Dominus per Nahum Prophetam, quam appropinquatum prædixit hic Tobias. Sylveira in Joan. 5. In diluvio præterente consummationem faciet loci ejus. Nahum. 1. 8. Videtis significare inundationem signis, qua obruta fuit Ninive, 90. anno post Jonæ prædicationem. Cornelius hic.

Cum fecisset quasi flagellum. Joan. 2. 15. Quæritur, an fit una, eademque, ejectione, quam Joannes hic & Matthæus 21. 12. narrat? Distincta esse, docent Chrysof. hom. 21. Theophylactus, Sanct. Thom. Bonav. Secunda apud Matthæum severior, quam prima; de qua hic Joannes. Sylveira hic.

Auferre ista hic. Joan. 2. 16. Cur Christus D. mitoria hic verba profert, quam Matth. 21. 13. in simili facta? S. Thom. hic: hoc, quod hic factum dicitur, primò factum fuit. Unde in principio non latrones, sed negotiatores, eos vocat. Sed quia ex eorum duritia adhuc à tali negotiatione, non cessabant; id eo Dominus, alia vice eos expellens, durius eos increpat, vocans latrocinium, quod præmo vocaverat negotiationem. Ob relapsum in diem crimen durius cum eis agit. Sylveira hic.

Num. II.

Relapsus malitia.

Plurima autem turba straverunt vestimenta sua in via. Mat. 23. 8. Plerique post sacram communionem redeunt subito ad vomitum præteritarum culparum, & contumeliose à se eiciunt Dominum Jesum Christum. Tales similes sunt populo Jodæorum: qui cum olivarum, & arborum, ramis in Jerusalem Dominum susceperunt; sed, vix paucis diebus diebus, eum de Jerusalem contumeliose eicientes in cruce crudeliter affixerunt. Sanct. Bernardinus t. 1. ferm. 53. art. 3.

Stans retro fectus pedes ejus. Luc. 7. 38. Cur ad pedes accessit? Ambros. quæ diu malè ambulaverat, vestigia recta quærebat. Nihil magis timet Magdalena poenitens, quam à via veritatis ad viam scandali ulterius prolabi. Efcob. t. 3. Coll. Chr. p. 2. sect. 4. Obf. 5.

Vada in pace. Luc. 7. 50. Anselmus; q. d. nè à via veritatis in viam scandali amplius labaris.

Ad eum venimus; & manserunt apud eum faciemus. Joan. 14. 23. De verè poenitente ait Christus. S. Greg. hom. 30. in Evang. in quorundam corda venit, & manserunt non facit: quia per compunctionem quidem Dei recipientur; sed tentationis tempore; hoc ipsum, quod compuncti fuerunt, obliviscuntur: sicque ad perpetranda peccata redeunt, acsi hæc minime planxissent.

Manete in me. Joan. 15. 4. O peccatores! si convertistis vos ad me, cur vultis rursus à me averti? suscipite vos in gratiam; cur vultis me iterum inimicum? Conclufi vos intror cor meum, etis mihi per gratiam uniti; cur propteris ad mortem? sum dulcedo, &c. Stella concil. 2. in Plalm. 136.

Num. V.

Religiosus iteratus peior.

Circumadvicavit adversum me, ut non egrediar, aggravavit compem meum. Thr. 3. 7. Semel elapsos, & iterum captos, demon fortius, & arctius tenet. Segerij. 37. Ovis de domo que ardet, vix eji potest: & si ejectione fuerit, nisi vi teneatur, in ignem recurrit. Sic multi à mala consuetudine. Braynard. Relapsus.

Ecce factus factus es; jam noli peccare, nè deturbe. Joan. 5. 14. quia jam sano peccanti ira celestis uberius imminet: quia peccatorem recedentem permittit Deus in graviora crimina

Num. III.

Relapsus timendus.

Egrediar, sicut ante facti. Joan. Judic. 16. 20. Qui Dalitz latrocinis captus, in ejus gremio, & somno, & laqueis, secure semel, & bis, & ter, se dedit; & toties incubante criminibus suis Spiritu, à somno, & laqueis, se facile expediebat:

mina relabi. Theodoretus ad cap. 1. Rom. quæ nullus unquam hostis in eos perpetravit, ea libentissime; & promptissime amplectuntur: & quod nullus unquam judex in eos supplicium statuerit, si illud in se ipsos attrahunt. Efcob. t. 1. Mir. Chr. l. 5. sect. 3. Obf. 1. & 3. Qui enim priori supplicio non est emendatus, ad majora tormenta ducetur; tamquam infans, & contemptor. Teophylactus apud Sylveira in Joan. 5.

Vade, & jam amplius noli peccare. Joan. 8. 11. Legimus, Salvatorem verbo remisisse peccata, & nullam adjectisse poenam ultericem. Sed futurorum cautelam: quasi tota poenitentia præteritorum in cautelam transeat futurorum. Simon. Cals. l. 4. c. 10.

Si alicui crux frangatur, aut manus; cum labore solet ad pristinum revocari officium. Si verò secundo, aut tertio, eodem loco membra ipsa frangantur; potest intelligere charitas vestra, cum quantis doloribus, & cruciatibus, vulnera ipsa curanda sint. Et tamen, post multos, & longos labores, vix erit unquam, ut ad pristinum statum membra ipsa valeant revocari. Similis ratio in animarum fracturis existimanda est. Si ergo semel aliquis, aut secundo, capitalia crimina admisit, & ad poenitentiam fructum confugerit; incoherantem, quam perdidit recipiet; si verò crimina criminibus ceperit addere, & animarum vulnera tegendo permiserit putrefcere; timendum est mirum in modum, nè in illo impleatur illud Prophete. Joel. 1. 17. comperturum inventa in fletore suo. Sanctus Eligius homil. 15.

§. III.

Relapsus cavendi alia motiva.

Ex Veteri.

Corvum egrediebatur, & non revertebatur. Gen. 8. 7. S. Ambros. l. de Noe c. 17. egredius corvus (vitiium) non revertitur ad jultum.

Pax vobiscum: nolite timere. Gen. 43. 23. Joseph honorando præ reliquis fratribus Benjaminum, schyphumque ejus sacco imponendo, reperit constantiam poenitentia, quod non amplius invidebant, quod in charitate profecerit. Incer-to Auth.

Cum parvulis nostris pergamus, cum ovibus, & armentis non remanet ex eis ungula. Ex. 10. 9. 10. 26. Libenter olim Pharao permittitæ Hebræis, ut viri tantum de servitute exirent, dummodo filii in servitute relinquerentur. Sed cum Moyses novis plagis instaret, etiam pueros dimittendos, promittit tandem Pharao: dummodo greges, & armenta, in Ægypto retineantur. v. 24. Cur, filius, aut gregibus, relictis; facient abundi facultatem concedebat? ratio videtur opportuna: quia existimabat Hebræos sine filiis, vel sine pecudibus egredios paulo post, vel charitate filiorum, vel pecudum cupiditate, in Ægyptum redituros. Quod Moyses subodoratus pacationem non admittit. Mendoza in 1. Reg. 7. 6. Lyan. ad significandam peccatorum abjectionem sine recediva.

Eripe me de manu inimicorum meorum. Pl. 50. 16. Da mihi, qui scelus hostis putat: facilius ab ubere divellimur, quam à scelere. Plerique culpam deserunt, non ut inimicam, sed ut sponfam. Ità à peccato recedimus, ut Loth uxor à Sodoma. Gen. 19. 26. Recedebat; sed respiciebat. Deserebat patriam, sed, nisi immineret incendium, non abfcederet. Vade ille, 1. Reg. 6. 12. quæ arcam trahebant, stabulum deserebant; sed cum mugitu. Et nos, licet arce heremus, à vitiis stabulo abimus; sed gemimus, non exultamus. Israelite, non Ægyptum pertergi, clamabant ad Dominum. Ex. 3. 7. sed virgas, & compedes horruerunt. Et si non eos Pharao cecidisset, libentius sub eo, quam sub Moysè militassent. Raro scelus dupliet, nisi frangulet. Filios Jacob sceleris tunc tradidit. Gen. 42. 21. cum ob scelus in gravibus angustiis. Olyva l. 4. Strom. §. Eripe me.

Spiritus principali conferma me. Pl. 50. 14. Confirma me; dixit, nè iterum peccem, nè à te animæ mutabilitate discedam. Cassiodorus hic.

Ex Novo, Patribus, & aliis.

Eri ab eo; & amplius non intrabis in illum. Marc. 9. 24. Præcepti egredium, prohibuit regressum: non enim satis depulsi malitiam, si repeterebatur contentio. Signum evidens recepte sanitatis in utroque homine: cum non infirmatis in corpore, neque in anima, & moribus reiteratur iniquitas. Sim. Cals. l. 5. c. 28.

Plerique naufragio liberati, exinde repudium & navis, & mari dicunt: & Dei beneficium, salutem suam scilicet, memoria periculi honorant. Laudo morem, dilige verendum: noli ut iterum divine misericordie oneri. Tertull. de poenit. c. 7.

Si dixerit mihi Jesus, dimittantur tibi peccata tua: nifi ego R. P. Spanner July. Tom. 11.

peccare desero, quid proderit? Exultationem meam; si reinduero eam, quantum profici? S. Bernardus l. 3. in Cant. Si purum habes vestimentum, caves, nè pestiferas omnino, nè quomodo foderetur. Si primam, secundam, & tertiam contempseris maculam; jam velut fordium habes vestimentum. S. Chrysof. hom. 22. ad pop.

Væ tibi, quicumque es; qui deliberas redire ad lutum. Putasne, pacatos habebis in Judicio, quos tanto, & tam sperato, privare vis gaudio? Exultaverunt, cum nos ad poenitentiam venimus, tamquam super his, quos ab ipsa Inferni porta cererent evocari. Quid nunc erit, si ab ipsa paradisi janua reverti viderint; & abire retrorsum eos, qui jam pedem alterum in paradiso posuerunt. S. Bernardus ser. 2. in vigil. Nat.

Cogita, in quo periculo peccatum habens fueris si in eo mortuus fuisses. Anima tua ad Infernum descendisset, antequam corporis sanguis frigidus fuisset. Broymard. Relapsus.

Corpus in die Judicii excitatum in æternum non morietur: animus in hac vita ex peccato in vitam gratia revocatus non morietur, vitam ferret; & peccati illi ultra non dominetur. Barradius tom. 4. l. 8. c. 16. Dom. 1. post Pascha.

§. IV.

Contra relapsus amuleta.

Inclina ad me aurem tuam. Plal. 101. 2. Ad nova vitia non trahantur, qui se de præteritis plurima debere cognoscunt. Cassiodorus hic.

Teris, ut mors, dilectio. Cant. 8. 6. dura, sicut Infernus, amularis. Sicut mors victos nunquam patitur rebellare, & cadavera exedit suis latebris condita: ita charitas jugulata à se vitia non sinit emergere: & pestes animi ita sepelit, ut obrutis nulla spes subit recuperandæ libertatis. Ad cause fuerit, cur Moyses non everterit vitulum; sed exusserit; tiranumque calicibus miscuerit: ut hausto spes nulla superesset retumende figuræ damnatæ. Ex. 32. 20. Perit ita vitulus, ut Pharao in aquis. Olyva Dom. Pasch.

Vade, & jam amplius noli peccare. Joan. 8. 11. Magdalens laudatur, & in pace dimittitur. Luc. 7. 50. Adultera verò vix absoluitur; cum monetur, nè relabatur in scelus. Nimirum hæc rariis peccaverat; sed & frigidius doluerat. Illa peccatrix fuerat, sed multum diligebat. Olyva l. 4. Strom. §. Domine, quid me vis facere?

In quantum non peperceris tibi, in tantum tibi, Deo crede, parces. Tertull. de poen.

Corvum non redire ad nidum, si in eo ponatur cinis, aut pulvis vitri, docet Albertus M. lib. de vegetabilibus: sic dicit: mon fugit à nido cordis nostri, si in ea posita sit memoria pulveris, ac cineris nostri; in quem convertendum est vitrum, id est, homo fragilior vitro. Cornelius in Thren. 1. 7.

TITULUS VII.

RELIGIO.

Seu Religiosus status.

§. I.

Figuræ, & Symbola.

Ex Veteri.

Plantaverat Dominus Deus paradysum voluptatis - in quo posuit hominem. Gen. 2. 8. Juxta sententiam cordis mei, si in hac vita præfenti paradysus est, in claustrò est. Blesensis ep. 13. ad Monachum Novitium. Vidi paradysum quatuor Evangeliorum fluentis irriguam; imò totidem spiritualium rivis exuberare virtutum. Vidi hortum deliciarum, diversas rosarum, ac liliorum, gratias germinantem; ut de illo verè valeat Deus omnipotens dicere. Genes. 27. 27. ecce odor filii mei; sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus. B. Petrus Dam. ep. 4. laudans Cluniacense monasterium. - Cluniacus præterea spiritualis quidam campus est, ubi cælestium, & terra congregitur: ac velut arena certaminis; ubi, spiritualis more palestræ, caro fragilis adversus potestates aereas collocatur. Idem ibid.

Requiriturque arca. Gen. 8. 4. Hac arca est Religio sacra, & præcipue Religio Evangelica; habens tria principalia vota. S. Thom. Aqu. hic.

Det mihi speluncam Asypticam. Gen. 23. 9. Spelunca hæc mysticè est Religio sacra, in qua Sancti mundo mortentes, mundo absconduntur, & sepeluntur. Est autem duplex, propter corpus, & animam, ibi locandam; vel propter activam vitam, & contemplativam; vel propter prælatos, & subditos. Idem hic.

Vidit Scalam. Gen. 28. 12. S. Antoninus in summa Theol. p. 3. tit. 26. c. 10. bonum Religionis significatum est nobili illa sca-

la fecit Jacobus... cuius gradus nulli alii sunt...

Tulorunt tunica... non illius, qui liberavit Aegyptum...

Quo & Saulvarium... in quibus Monachi femoti...

Quadruplex erat Pascha... in Ramesse, quod est in finibus...

Oleumque de saxo... hunc enim constituit Deos super excelsam...

Edifica tibi domum... in Jerusalem, & habita ibi...

Elia ascendit in montem Carmeli... tum quia hic piis instans...

Abulavit usque ad montem Dei... interpretatur sterquilium, & significat Mundum...

Latere insula multis... Religiosi ordinis insule, ob...

Edificatur civitas Dei... sicut civitas a campo. Religiosi sunt cives...

Melius est ire ad domum latus... Verè lugendi domus est Monasterium...

Lilius noster floridus... in quibus quietè à curis vivitur seculi...

Tempus quationis adventu... vinee florentes debent odorem...

Columba mea in foraminibus petra... Religio similis caverna: immò diversæ cavernæ...

En lectulum Salomonis... Religio singulariter vocari potest lectulus Salomonis...

Quasi aurora confurgens... in profectionibus subditis pulchra ut luna...

guntur: in Prælati verò electa us soli... qui præest diei, & subditos regit...

Ex Novo, & aliis.

Simile est regnum celorum homini negotiari... qui in mercatorum domo...

Ducit illos in montem excelsum... quem Dominus elegit in habitaculum suum...

Duo erunt in agro... Saluator ait: ex duobus qui sunt in molendino...

Hæc dicitur... id est, ager, pretio sanguinis Christi pro peregrinis comparatur...

Venerunt ad monumentum... id est, ad Religiosorum Claustrum...

Ido sunt ante thronum Dei... Tropologicè hæc Fidelibus in hac vita Deo in spiritu...

Vox Domini præparavit cervos... Vox Domini præparavit cervos, ibi v. 9.

Offa non possunt flecti... nec Religiosi à Regula sua. Offa abscondita sunt in carne...

§. II.

Religionis etymon.

Religio appellata: quod per eam uni Deo religamus animas nostras ad cultum divinum...

§. III.

Religionis laudes ex Patribus.

Paulisper te crede subduci in montis ardui verticem celsorem: speculari inde rerum infra te jacentium facies...

Tot exercitii habet Deus in terra... Verè innocens P. III. de sacro mys. alt. l. 2. c. 61.

tus; tranquillo in portu navigant; ac velut luminaria sunt, sublimi de loco navigantibus fulgore suo iter aperientes...

Quod si quis infirmatus fuerit... non lamenta, non lacrymæ; sed perpetuè funduntur preces...

Mundus assimilatur pelago; portus verò est vita Religiosa. S. Ephrem Adhort. 4. ad Novitium Monach.

Alfissima est professio vestra; celos tranfit; pars Angelis est; Angelica similis puritati. S. Bernardus ep. ad fratres de vita solit.

Religio portus quidam est publicus salutis. B. Theodoretus Studita l. 131.

Nulla major consolatio, nulla delectatio gratior; quam servire Deo. Vita Religiosa, vita quietæ, pacifica, secura, delectabilis, jucunda...

§. IV.

Ad Religionem vocatio.

Vox Domini concitavit desertum. Pal. 28. Non quodvis desertum concitavit; sed desertum Cadis: quod interpretatur sanctitas...

Vox Domini præparavit cervos. Ib. v. 9. Vox Domini non tantum facit vivos contemplativos quietes, & solitudinis, amatores...

Quid facis in paterna domo... ubi vallum? ubi fossa? ubi hyems acta sub pellibus?

Recordare tyronium tuum, quo, Christo in baptisate consecutus, in Sacramento verba jurasti...

Nunc tibi blandis vidor forar hæret lacertis: nuncilli, cum quibus adolevis, vernule ajunt...

bus mater, arata rugis fronte, antiquam referens mammæ lallate congeminet. Dicant, si volunt, & Grammatici...

§. V.

Religionis ingressus, probatio.

Hæc talis est primus Religionis introitus, sicut in Mundum primus Christi ingressus: ut, quicumque piè vult vivere, humiliter de se sentiat...

Amiens quis intrà Coenobii recipi disciplinam, non antè prorsus admittitur, quam diebus decem, vel eo amplius forsibus excubans, iudicium perseverantæ, ac desiderii sui, pariterque humilitatis, ac patientiæ demonstraverit...

§. VI.

Religionis perseverantia.

Elus clamans voce magna emisit spiritum. Matth. 27. 50. Quid in hoc cruce (Religionis) nobis sciendum? Utique, quod Christus fecit in sua...

Dei claudens semetipsum... propter asperum sensum; & nimiles fuit diabolus; quia similia diabolo dicunt.

Carthianus, vir in seculo divites, tentatus ad exitum; jamque recessurus aviculam emisit de cavea apertis fenestris...

§. VII.

Religionum benefactores.

Quatuor reliquias permitte vobis in sementem... & in cibum famillis, & liberis vestris. Gen. 47. 24. Beneficus Joseph non multum estimaret beneficium...

Facies & saga ciliatam undecim ad operiendum tellum tabernaculi. Ex. 26. 7. Pollunt per saga, quæ byssum, & purpuram, hyacinthum & coccum...

Et cedri Libani. Pl. 103. 16. 17. Nobiles, atque sublimes, propter excellentiam suam, dicuntur cedri. Illic passeres nidificabant. In istis cedris Libani, quæ gratia Dei plantat, & latiat, nidificabant passeres...

Ille passeres nidificabant. Ib. Passeres Monachos significat: qui in cedris Libani, id est, in patrimonio potentium Christianorum, velut in quibusdam ramis, monasteria sibi, quasi nidos aliquos, ædificare monstratur.

Non universis Libani. Cant. 4. 14. Ligna Libani sunt quidam amici nostri, potentia saculi grandes, atque facultatibus dilatati: ita ut ex elemosinis illorum sustententur parvuli nostri; quemadmodum in ramis lignorum Libani nidificant passeres - sic qui spiritualibus abundant minis, carnalia spiritualibus communicant, ut iure spiritualium illorum participes fiant. S. Rupertus hic.

Crux illius columna marmoris. Cant. 5. 15. Ibi sunt, qui rebus suis Religiosos sustentant; qui bona temporalia illis impartiuntur; ut spiritualia ab eis recipient. Richard. a S. Vict. c. 39. in Cant. hic.

Non Moyses dedit vobis panem de caelo: sed Pater meus datus vobis panem de caelo verum. Joan. 6. 32. Cur dicitur datus? illa opera munificentiae sunt digna Deo, quae non finiuntur tempore, sed quotidie continuantur. Baeza t. 3. l. 14. c. 10. §. 8.

Qui facit iustitiam, iustus est. 1. Joan. 3. 7. Qui spiritualia bona habentibus temporalia subsidia tribuit; in ipsis donis spiritualibus cooperatur existit. V. Beda hic.

Miscellanea.

Amice, quemelo hic intrasti. Cant. Mat. 22. 12. Rex, cum pannosum in epulo deprehendisset, nec illum proterit, quod solus foret; nec alios eiecit, propter confortium eius. Hunc proci iussit in tenebras, illis dapes apponi mandavit: pannosque plectitur, paludati eliguntur. Ut intelligas: non unius sceleris Religionem totam plectendam; nec ob Religionis nitorem indulgendum forendi. Oliva l. 9. Strom. S. Intravit autem Rex.

Eus erat. Joan. 12. 6. Quale Collegium, qualis domus, qualis societas, qualisque congregatio, munda erit, sine iniquitate manebit; si Christi Collegium saltem habuit unum reum; qui velamento virtutis tendebat in vitium, specie misericordiae agebat miseriam; alii videbatur intendere, qui seipsum ex toto deseruerat. Sim. Casl. l. 9. c. 34.

Nolite, propter amuram, quae oculi vestri offenduntur, torcular detestari; unde apothecae Dominicae fructu olei luminosioris implentur. S. Aug. ep. 137. q. d. fugite, quidem vitia eorum, qui Religione abutuntur: ipsam tamen Religionem, ex qua tam uberes fructus proveniunt, colite, & observate. Mendoza in 1. Reg. 7. 4.

Si quis nunc ad Aegypti veniat solitudines, Paradiso profusus omnem illam videbit eremum digniorem; & innumerabiles Angelorum caetus in corporibus fulgere mortalibus; & populos Martyrum, & choros Virginum & omnem quidem tyrannidem diaboli dissolutam; Christi autem regnum coruscans. S. Chryso. hom. 8. in Math. 2.

Non ita variis altorum choris caelum refelget; ut Aegyptus inumeris Monachorum, ac Virginum, distinguitur, atque illustratur habitaculis. Id. ib.

Nisquam est securitas, fratres; neque in caelo, neque in paradiso, nullo minus in Mundo. In caelo enim cecidit Angelus sub praesentia divinitatis; Adam in paradiso de loco voluptatis; Judas in Mundo de schola Salvatoris. Haec idcirco dixerim; ne quis sibi de loco isto blandiatur, quia dicitur: locus iste sanctus, quia non locus hominis; sed homines locum sanctificant. S. Bernardus ferm. de ligno, foeno, & stipula.

Christus divinus non est, sive in alba, sive in pulla veste; in omni professione, & in Ordine, in omni gente. Quicumque operatur voluntatem Domini, acceptus est illi. Attendi Dominus mentem, non vestem; merita, non colorem. Bless. ep. 97.

TITULUS VIII.

RELIGIOSI.

§. I.

Figurae, & Symbola.

Num. 1.

Nazarai.

Nazarai. Num. 6. 2. Apud Iudaeos erant viri Religiosi: qui, ut liberius vacarent legi, & meditationi rerum divinarum, aliorum commercio se abdicabant, vel semper, vel ad tempus; & totos se Domino dedicabant. Nomen Nazaraeus significat. 1. separatum Deo. 2. consecratum. 3. coronatum. 4. comatum. Religiosorum nostrorum sunt figura; ut docet. S. Gregor. Naz. orat. in laudem S. Basilii. Greg. moral. l. 32. c. 17. Sunt separati a communi hominum vita; coronati in capite, quasi reges, & Caesares, tam caeli, quam terrae. De quibus Thren. 4. 7. candidiores &c. in nive, & lacte, castitas in ebre antiquo jugis, & fortis obedientia: in Saphyro, qui caelestis est coloris paupertas; quia spem in solum Deum figit. Cornelius hic.

Ista est lex Nazaraei. Cant. Num. 6. 21. Glossa ordinaria in c.

30. Num. leguntur diversa vota in Scripturis. Anna vovit Deo fructum ventris sui. 1. Reg. 1. 11. & Samuelem consecravit in templo. Jephthe Judic. 14. 30. quodcumque sibi post victoriam occurrisset, & occurrere filia, vota lacrymabunda absolvit. Alii vitulos, & arietes. Nazaraeus vero seipsum. Jonghen. in Sacr. profels. Exh. 4.

Candidiores Nazaraei ejus nive. Thren. 4. 7. Nazaraei sunt hieroglyphicum Religiosorum; cum e sua sanctitate, & gloria, in vita, & probra, Dei, hominumque corrunt. Cornelius hic in hierogl.

Non sunt cogniti in plateis. Thren. 4. 8. Gilbertus f. 47. in Cant. de religiosis, qui crebris per plateas, & domos, discurtionibus vitae regularis splendorem perdunt; quam admirabile nomen eorum, quando vix erant visis in plateis. Nunc autem nullo religionis discrimine distincti, & signati sunt a ceteris - ideoque non sunt cogniti, sicut Nazaraei, in plateis. Frequentia platearum decorat Nazaraeos, & speciem peregrinam inducit.

Num. II.

Alia symbola, & figurae.

Isachar asinus fortis. Gen. 49. 14. Hebr. asinus ostent. Chaldeus: asinus in substantia. Deut. 33. 18. Isachar in tabernaculis suis. Isachar Religiosus, qui jugum religionis, & laboris, alacer subit; diereque potest: ut momentum salus sum apud te; & ego semper tecum. Triplex solvit tributum Religiosi cultus amoris, & obedientiae Deo: proximo iustitia, dilectionis, subjectionis, continentiae, mortificationis. Cornelius hic.

Inquebatur Dominus ad Moyses facie ad faciem. Ex. 33. 11. S. Hieron. in Psal. 133. Habet Dominus Jesus, qui quasi ad faciem suam ministrant, puta Monachos, & Virgines, Cornelius hic. B. Jordanus sequens Generalis Ord. Praed. dicebat: Religiosos Deo servite tanquam cubicularios principis, qui ab ipso intime & familiarissime adhibentur. Jonghen p. 1. Exh. 4.

Nolite perdere generum Cantu de medio Levitarum. Num. 4. 18. Tria sunt genera Religiosorum: primi boni, secundi meliores, tertii optimi. Hi signantur per tres familias Levitarum, & Gerontias, Meraritas, Carachitas: qui praeter ceteris filiis Israel deputati erant ad cultum sanctuarium; sicut Religiosi praeter alios Fidelibus, in Ecclesia specialiter videntur divino cultui mancipati. Primi Religiosi designati sunt per Gerontias, qui in professione caritatis portabant cortinas, & rectum tabernaculum; & vela, & quaequam tactu mollia. Tabernaculum est vita Jesu Christi, & morum ejus conversatio. Primi igitur Religiosi sunt, qui refugunt ardua, & austeria, studia sanctitatis; & levia sibi assumunt exercitia, & magis laxam vitam servant. Secundi Religiosi designantur per Meraritas, qui interpretantur amari: qui portabant tabernaculi tabulas, & vestes, & illa, quae maxime erant media inter cortinas, & sanctuarium. Hi sunt, qui duram vitam in corporali exercitacione servant. Tertii Religiosi, & optimi, qui designati possunt per Carachitas, qui portabant ipsum Sanctuarium, id est, arcum, & altare, & mensam propositionis, obvoluta tamen, & cooperta. Sunt hi, qui student interiori hominem, id est, mentem, in qua Christus inhabitat, per fidem componere, & ad veras virtutes exercere; & vitia carnis, & spiritus extirpare. Prioribus duabus familiis iussit Dominus dari plaustrum ad subvehenda onera; sicut autem Cahad non dedit plaustrum, qui serviunt in Sanctuario; sed onera propriis portabant humeris: quia tam in humanis ordinationibus, quam in castigationibus corporis, permittitur aliqua remissio; sed in virtutum studio nulla remissio debetur. S. Bonaventura de reformationis p. 1. c. 4.

Tulerunt sibi cibaria, factos veteres asinis imponentes. Cant. Jos. 9. 4. 5. Indari veteribus vestimentis. Cant. Viri Gabao interrogati, cur tali forma, & habitu, ad castra venerint? Josue responderunt: munitatum est nobis - & disperdet cunctos habitatores terrae. Timidus igitur valde - & disperdet cunctos habitatores terrae. V. 24. Candidati. considerans Mundi pericula, quam multi in his perant, providebo, inquit, animae meae: volo toto vitae meae tempore degere in ministerio altaris Domini, cadens ligna passivum mearum; & aquas comportans lacrymarum; quibus lavetur iniquitatum animae meae holocaustum. Jonghen. p. 1. Exh. 6.

Jeruus ligna. Judic. 9. 8. id est Clerici seculares, vadunt, ut faciant regem super se; id est, eligant Praelatum. Per olivam, ficum, & vitem; qui eliguntur, & non recipiunt; significantur contemplativi, sive Religiosi esse oliva per suavitatem conscientiae; ficus per dulcedinem, quam sentiunt in devotione mentis; vitis per hilaritatem spiritualis laetitiae. Cum ergo contemplativus non vult dimittere, pinguedinem charitatis, quam habet in contemplatione; neque dulcedinem, quam habet in devotione; neque hilaritatem conscientiae: tunc ligna

figna sylvarum, id est, mali, & infructuosi, praeficiunt sibi thannum, id est, Praelatum; qui in principio mollis est, & postea indurect, & aculeus, & spinosus efficitur; & tamen de se emittit ignem perverse conversationis; & se, & subditos, comburit incendio infernali. Hugo Card. hic.

Omnia ossa mea dicent. Ps. 34. 10. Ossa non possunt flecti; nec Religiosi a regula sua. Hugo Card. hic.

Quam delicta tabernacula. Ps. 83. 1. pro torcularibus. Uva pendit in vitibus, & oliva in arboribus: his enim duobus pro fructibus solent torcularia preparari. Et quoad pendet in frutibus suis, tanquam libero aere perfumantur; & nec uva vivit, nec oliva oleum, ante pressuram. Sic sunt & homines. - Antequam accedant ad servitium Dei, fruuntur in hoc saeculo tanquam delictosa libertate, velut uvae, aut olivae pendentes. Sed quoniam dictum est Eccli. 2. 1. filii, accedens ad servitium Dei, sicut in iustitia, & timore; prepara animam tuam ad tentationem; accedens quique ad servitium Dei, ad torcularia se venisse cognoscat: contribulabitur, conteretur, comprimetur: non ut in hoc saeculo percat, sed ut in Apothecae Dei desinat. S. Augul. hic.

Equitatus meus assimilavi te. Cant. 1. 8. Religiosi, equitatus Dei. Conjugati sunt velut pedes; qui pedes suorum affectuum terrae figunt negotiis. At Religiosi sunt instar equitum, qui a terra sunt elevati, &c. De Ponte hic Exh. 21. §. 1.

Tonitruus greges tonantur. Cant. 4. 2. Quam bene Monachi tonitruis ovibus comparantur l. quia revera tonitruus sunt; quibus nec corda, nec corpora, nec aliquid mundanum, in proprietate relictum est. S. Bernardus l. 63. in parvis. Apud Mendoza in 1. Reg. 1. Annot. 8. Religiosi Nazaraei.

Dentes tui. Cant. 4. 2. Monachice custodit professio per dentes significatur. Bernardus dentes clausi sunt labiis, ne videantur: indecens enim est, cum videntur, nisi ridendo. Sic & nos materialibus circumcingimur, ne secularium oculis, & accessibus pateamus. Indecens est, si appareant nisi interdum forte ad risum; quia nihil turpius, quam Monachus per urbes, & castella discurrens; nisi cum illa cogit, quae operit multitudinem peccatorum: charitas enim risus est, quia hilaris est: leta quidem; non tamen dissoluta. De Ponte hic, Exh. §. 2. Religiosi assimilantur dentibus, 1. quia dentes in carne radicati sunt; & tamen terminos carnis excedunt. Sic Religiosi, licet in carne sint positi, tamen praeter carnem vivere debent. 2. Cor. 10. 3. in carne ambulantes non secundum carnem militamus, 2. dentes inter se nihil esse patitur. Sic Religiosi nihil inter se pati debent, quod charitatem, vel unionem dividat. 3. Dentes, licet non ex se, tamen ex adjunctis, patitur: nam, licet substantia eorum ossa, & insensibiles; de se sit impassibilis, tamen dolorem trahit ob societatem carnis, vel nervi vicini. Sic Religiosi, ob amorem confanguineorum, vel secularium, de eorum malis dolorem sentiunt, quem per se non habent. Genianius l. 6. c. 53.

Calathus unius feni bonas habebat minis. Jer. 24. 2. Duo hi calathi, ait Lyr. sunt Religiosi, boni, & mali. Columella l. 3. scribit: ficus, quae non maturuerunt, nec dulcescunt, ex arbore excutendae esse: nisi arbor depraverit, aut exarefecit. Ita a religione excutendi sunt, qui genuinum ejus spiritum non fugunt; alioquin Religiosi detrimentum afferent. Cornelius hic.

Non bibemus vinum. Jer. 35. 6. Rechababz fuerunt de primis Religiosis, qui hoc dixerunt ad Jeremiam invitante eos ad potum vini. Hugo Card. hic.

Mulier amictus sole, & luna sub pedibus ejus. Apoc. 12. 1. Haec est anima Religiose figura: amictus Christo iustitiae sole; Luna, vanitates, sub pedibus ejus. Jonghen p. Ex. 29.

§. II.

Religiosorum encomia, felicitas, honor.

Quo ascendente jenuit cum eo omnes senes. Cant. Gen. 50. 7. Cum Jacob domesticis stipatus, divitiis potens, Aegyptum ingressus fuit; non legitur illi senes obviam prodisse, & honore excepisse. Modò defunctum comitantur omnes; dum fine operis egreditur. Sic magis honoratur, qui, Mundo contempto, exit ad Religionem, & domui Religiose sepeliendum se tradit: Alvarez hic Illustr. 338.

Audi filia, & vide. Cant. Pl. 44. 11. Persona Religiosa dicitur filia: quia, sicut filia in summa subiectione tenetur, & de ejus custodia magna cura habetur; & circa ejus instructionem sollicitè studeatur: ita fit circa Religiosum. B. Humbertus f. 4. ad omnes Religiosos.

Alia laboraverunt, & vos in labores eorum intravistis. Joan. 4. 38. Quot agricolae, quot operarii, duo, nocturne, laborant, & sudant; ut pensionem, & censum, Monasterii exolvant: nosque Religiosi sine ullo manuum labore, in labores eorum introimus. Liberaliorem se nobis Dominus, quam Adae, exhibet. In sudore vultus tui vesteris pane tuo Gen. 3. 19. Nos vero panem, cibosque sumimus sudore alieno: ut scilicet, abjecta omni cura temporalium, solis caelestibus adhaereamus. Alvarez Illustr. 292.

R. P. Spanner Poly. Tom. II.

Religiosus vera moneta est, quae a Deo formata, vel expressa est. S. Ignatius M. ep. 3. ad Magnificanos. Admirandum spectaculum in coelis est Monachus super terram angelicum vitam agens. Lignum aridum, ex mandato Eliae, ferrum securis de profundo aquae extraxit: corpus autem Monachi, quod Jesu exaruit, anima de profundo sursum auoltit. S. Ephem. Parat. 1. ad Monachos.

Si dicis, non soli Monachi ad salutem perveniunt; verum est. Sed qui certius? qui alius? illi, qui Deum solum conantur amare? an illi, qui amorem Dei, & amorem saeculi, volunt copulare? Sed forsitan dicit aliquis; quia & in ordine Monachorum est periculum. O rationalis creatura! an est hoc rationale consilium? ut, quia ubiq; est periculum, ibi eligas manere, ubi est majus periculum. S. Anselmus ep. 3. ad Henricum amicum suum.

Qui in sancta congregatione ulque in finem perseveraverit; etiam imperfectus fuerit, propter multorum orationes, & merita perfectorum; ad beatum finem, Deo propitio, perveniet. Thom. Kemp. l. 2. ad Novit.

Deus Religiosus, quasi thesaurum pretiosum, securitatis causa, Claustro Ordinis includit, & custodit. Unde de Religione dici potest illud Jerem. 51. 3. posui desertum ejus, quasi delicias; & solitudinem ejus, quasi hortum. Broyard. Religio.

Cor Christi sunt Religiosi, qui fuit intum in corpore Christi, quod est Ecclesia. Hugo Card. in Pl. 21. Christum in spoum admittimus, dum professionem facimus. Ex conceptibus divini amoris S. Theofix c. 2.

§. III.

Religiosorum finis, officium, virtutes.

Lugera filia Israel. Levit. 2. 2. etiam Levitis. Nota: quando in Scriptura nominantur filii Israel; si sit sermo de re temporali, excluduntur Levitae; si de spirituali, comprehenduntur. Ut patet Deut. 27. 12. Apoc. 7. 7. Levitis enim, & personis sacris incumbit; non temporalia curare & sapere, sed spiritualia. Cornelius hic.

Ego autem tanquam sudus non sulcabo. Cant. Psal. 37. 14. Tria haec in congregatione necessario custodienda sunt tibi: ut scilicet, secundum Psalmistam sententiam, velut furus, ac murus, & coecus, incedas. Cassianus de coenob. instit. l. 4. cap. 41.

Ficus protulit grossos suos. Cant. 2. 13. Primi Religionum Fundatores erant, sicut ficus primi temporis, bona valde, & Deo grate. Jerem. 24. 1. Quibus aptes Of. 9. 10. quasi prima poma ficulnea. vidi Patres eorum. De Ponte in Cant. 23. Exh. 22. §. 4.

Valuerunt cor meum in uno oculo eorum. Cant. 4. 9. id est, ab unitate eorum, qui oculi sunt Religionis: quos summo opere unitos inter se esse debet, ob bonum commune. Figura Ex. 25. 18. 20. Cherubim, respicientes se mutuo, vestis vultibus in propitiatorium. Tales sunt Praelati: nunquam odii causa a se vultum avertant; sed se diligant; non titulo carnali; sed quia se intuentur unum in eodem Christo omnium propitiatorium. Alia figura Cherubini, quos ficit Salomon ex lignis olivarum omnino similes. 3. Reg. 6. 23. 25. in mensura pari. Praesulibus sit par mensura, & unum opus, unum cor, idem animus. Hoc est, quod alae eorum in medio templi se contingant, & quasi amplexentur; mutuum sibi auxilium praestant. Ezech. 1. 9. & 3. 13. animalia alata percutiebant se invicem; ad laudes Dei mutuo cohortantes. Psal. 132. 1. quom bonum, & quom jucundum habitare fratres in unum. Ultimo versu: quoniam illi mandavit Dominus benedictionem. Cant. De Ponte hic Exh. 25. §. 2.

Vos estis sal terra. Matth. 5. 13. Non monet, sitis; sed estis; ut, quod sunt, perpendant; & necessitatem incandendi proprio officio agnoscant. Univerfa, quae a terrenis - hominibus appetuntur, & sive naturalia, ut proles, & delectabilia tactus, aliorumque sensuum; sive divitiis, honores, imperia, & gloria; sive scientiarum, & artium notitia; indigent condimento vestro, ut salubriter appetantur; salubriterque iis homines utantur. Cajetan. hic.

Idcirco nos ille elegit, ut simus quasi luminaria; ut veluti fermentum evadamus; ut magistri ceterorum efficiamus; ut velut Angeli cum hominibus versemus in terris; ut tanquam viri cum infantibus, quasi spirituales cum animalibus; ut ex contubernio nostro ingentia illi luca conquirant, ut femina simus; ut fructum lactissimum afferamus. Nihil opus esset verbis, si in hunc modum vita nostra sanctitatis luce fulgeret. Nihil Magistri opus esset, si virtutis probos actus proferremus. Nemo profectio gentilis esset, si ipsi, ut oportet, Christiani esse curaremus. &c. S. Chryso. hom. 10. in ep. ad Theffal. 3.

Noli virtutem negligere; sed totis viribus sanctificationem procura: quoniam ideo egressus es a Mundo. S. Ephrem. de virtute c. 9.